



Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Vt pennata leues transmittant spicula ventos.

C A P V T X VI.

INcedit pauidū postrema per agmina vulgus
Nō impar numero, queis cœlū pingitur astris,
Aut queis feruescit pelagus crispantibus vndis,
Vel quibus exundat coopertum littus arenis:
Et quot destillant humentia nubila guttis.
Mirantur Pharij numerū: nec credere possunt
Quod cernunt oculis: placet eiecisse tot hostes.
Quanquam non acie Pharao perimetur ab ista,
Quanlibet innumeris fuerit stipata cateruis.
Vnus pugnabit cunctis pro milibus auctor.
Interea lento moderatus tramite gressum
Hebræus carpebat iter: procedere tantum
Permisus spacij, quantū vel tarda senectus
Vel rudibus reptans infantia sustinet annis.
Ne nimium fragiles inter delasset eundum
Aetatem sexumq; labor: Sic cuncta supernus
Dispensat nutus, plebicq; assistit eunti

C A P V T X VII.

ERgo vbi signatis sederunt milia castris,
Armatusq; pedes vulgus vallauit īerme:
Vespere tum primo stanti ad simulata columnæ
h 4 Insistens

Colūnaignea Insistens puro resplenduit æthere flamma:

Exodi.13. Non velutí noto dírum micat ignis in axe,
 Prorita quum terris cœli portenta minantur
 Aut morbis tristem bellisq; aut cladibus annū.
 Sed radijs fulgens & lumine candida læto
 Ostendit nitidum castris mirantibus ignem.
 Diffugunt tenebræ vicinaq; sidera cedunt.
 Obstupuere víri primum, ac perterriti omnes
 Incusitq; metum nouitas: tum luminis vsu
 Paulatim cœleste iubar consuescere cœpit.

C A P V T X V I I I .

Maxima nocturnas iā pars exegerat horas,
 Et voluēda dies instabat sorte propinqua
 Cunctorum ecce oculis per cœlum visa moueri
 Altera iter rapuit populo spectante columnam,
 Protinus hanc sancti patres sensere sequendam,
 Et duce cœlesti gaudentes protinus omnes
 Abrupere moras castrisq; excedere certant.
 Tunc ut quæq; tribus primum sortita laborem,
 Ordine carpit iter: sequitur tum cætera pubes.

C A P V T X I X .

HAec inter clarū rediens lux pandit olympū
 Flammea mox viso pallescit sole columnam,
 In nubēq;